



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Praefatio Avctoris Cvm Nvminis Imploratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573



ANNALES ECCLESIASTICI.



HADEM animi alacritate, atque fiducia, qua quinque superiores Annalium tomos inchoauimus & abfoluimus, diuino fultu praesidio aggredimur Sextum: vt plane iam satis nobis esse videatur futurae navigationi vela pandisse, qui eius vehimur nauis, cui obediunt venti & mare. Illius namque praesidio nitimur Mulieris fortis, quae facta tanquam nauis infitoris de longe portans panem suum, navigatione reciproca nostras ad Deum preces & vota perferens, ad nos reuertitur gratia plena. Per eam enim diuina: Sapientia attingens a fine usque ad finem fortiter, disponensq; omnia suaviter, res etiam nostras solita benignitate feliciter moderatur: Vt plane eius ope confisus, de prospero tutoque ad portum appulsu spem haud dubiam concipere liceat, frustra ex aduerso latrantibus canibus sub facie comptae virginis Scyllae, & tergemini Geryonis: quos nauigantibus molestos fuisse, fabulosa antiquitas innox; quales temporibus nostris Ecclesiae aduersarios experimur. Soluimus igitur, te propitiâ, hilates, Virgo MARIA; atque nauis, ipsis videlicet Angelicis choris (quorum scitur latantium omnium habitatio est in te) occinentibus ex more celeuma, & nos laeti tecumimus: Intende, prospere procede, & regna.

niani Aug. quinto & Anatolij consignatum, perductumque nostra scriptione usque ad obitum Sixti Romani Pontificis, iam prosequamur. Defuncto itaque his Consulibus Sixto Romano Pontifice Kalen. April. (inquit S. Prosperus) quadraginta amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientia aduentum diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum (erant hi Romani Duces exercitus) amicitia reintegrande causa, Gallia derinebant; quasi idem longus esset aduentus, vt electi meritorum, & eligentium iudicium probaretur. Igitur Leo Diaconus legatione publicâ uocatus, & gaudio patriae praesentatum, quadragesimo tertio Romana Ecclesia Episcopus ordinatur. haec Prosperus; itemq; Marcellinus sub huius anni Consulibus ordinationem Leonis recenset in Chronico, & alij omnes. Porro eum fuisse natione Tuscam, patre Quintiano, habet Anastasius in libro de Romanis Pontificibus. De sua uero absentia & electione idem ipse meminit. Leo in sermone habito anniuersarij die suae ipsius ordinationis his uerbis: Quia in humilitate nostra meritor fuit nostri Dominus, & benedixit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna solus, vt praesentem me cerneret uestra sanctitati affectio, quem pererat necessitas longa peregrinatione absentem, &c. De studio itidem cleri atq; populi erga se tum exhibitio ista subnequit: Ago igitur Deo nostro gratias, & semper alturus sum pro omnibus, qua tribuit mihi uestri quoque fauori arbitrium debita gratiarum adione concelebro, euidenter intelligens, quantum mihi possint reuerentia, amoris, & fidei studia uestra dilectionis impendere, animarum uestrarum salutem pastoralis sollicitudine cupienti, qui tibi sanctum de me, nullis admodum praecedentibus meritis, iudicium protulisti. Obsecro igitur per misericordiam Domini, iuato uoto, quem desiderii experisti: vt & Spiritu gratia maneat in me, & iudicia uestra non stultent, &c.

Quod uero ad diem creationis ipsius spectat: cum S. Prosperus amplius quadraginta diebus sedem vacasse testetur, corrigendum est quod apud Anastasium de Romanis Pontificibus legitur, vigintiduoobis diebus fuisse Roma-

Prosper. in Chron.

LEO MAGNVS ROM. PONTIFEX CHR. ATQ. QUADRAGESIMVS, & PRIMVS.

Leo ser.

II. DIONYSII XXXI.

TRAFATIO AVCTORIS CVM RVNIMIS EMPLOYRATIO NE.

Mar. 4.

Prou. 31.

Sap. 8.

Psal. 86.

Ps. 44.

IESV CHRISTI,

Annus 440.

LEONIS PAP. THEODOSII 33. IMP. ANNUS I. VALENTIN. 16.

L. COEPTVM superiori tomo annum Domini quadringentesimum quadragesimum Consulatu Valentini Annal. Eccl. Tom. 6.

A nam